

1774 Julio.

†

N^o 2.

Reproba.

Brevis Dissectatio
de

Botanices præstantia
in arte medendi

auctoritatibus, et rationibus confirmata;

quibus

accedit Exemplum

de

Meliloti officinalis
vera electione.

Per Antonium Palau, et Verdèra,

Phytologiae candidatum,

Regiae Barcinonensis Academiae
Scientiarum, Artiumque,

Socium.

Quantum utilitatis, imò et necessitatis sit Medicinam
facientibus, neque non Pharmacopais plantarum pexi-
tiam acquirere; non vultum pauci Patres hac in arte
Doctores suarum volvere; sed recentiores etiam, hoc ipsum
monitum magnopere censent colendum, et esse judican-
dum. Inter veterum sapientissimos Galenus praesertim
libro 1. & Antidotis hac facit verba: Medicus omnium
stirpium si fieri potest peritiam habeat connulo, sin minus
plurium saltem quibus frequentex utimur. Itac enim
lucè cognoscer Medicus vires compositi, quas nunquam, vel
difficilè deteger, absque notitia simplicium illud compo-
nentium. Itac etiam lucè, non decipietur ille ab iis, qui
medicamenta dispensant, et subministrant. Quibus, et
aliis rationibus fretus Pergamenus ille Claudius, clamat:

Vos ergo Amici admoneo, in hoc quoque me sequa-
mini, si artis opera pulchrè obire velitis. Quam quo-
que sequens sententiam Oxibaius ait: Qui studio me-
dico operam dare in animo habet, nil in artis operibus
laude dignum præstabit si herbarum cognitione desti-
tuatur. Tanta utilitatis, et necessitatis est Medentibus
vera cognitio plantarum!

Sed, ut robur veritatis Asserique magis
innotescat, opportunum quoque erit, appellare ad cla-
rissimos alios multiplices Authores, qui suis laboribus,
et elucubrationibus; qui studiis indefessis, atque labore
invictis; qui peregrinationibus, et anniduis curis, maxi-
mam rei herbarie in Apollinea arte, præstantiam
confirmarunt.

Accedamus ergo primum, ad Asiaticos alios
Persas, Græcos, Romanos, Barbaros, qui & plantarum
vixibus præcipuè solliciti fuerunt. Inspiciamus
Commentatores qui Patrum scripta dilucidare ten-
tarunt. Visu legamus Techniographos qui picturis
ipsas plantas, veluti in speculo representare satage-
runt. Non contemnimus Descriptores qui verbis con-
venientibus plantarum facies et partes indicarunt,
ne unam pro altera lubricè, vel ignoranter suma-
mus. Despiciantur Monographi qui unicum genus,
vel speciem plantæ, opusculo singulari fuerunt pro-
secuti. Nec prætereamus Curiosos qui plantas antea
vel plane incognitas, vel imperfectè descriptas colle-
gerunt, et descriptionibus, ac iconibus illustrarunt. Mag-
nifaciamus Adonistas qui plantas exoticas in hortis
Cesere, Vixidario, Pomona, Hesperide, Paradiso, Ado-
nide, satas vel translatas enumerarunt; unà cum
Floristis qui plantarum fere omnium ceteri alicujus,
et circumscripti loci, nobis notitiam dederunt.

Accedamus etiam ad Peregrinatores meri-
tissi-

hominos qui in varias Orbis plagas itinera susceperunt, ut rariores ibi detegerent plantas, ne aliquid in globo nostro creatum, à Creatoris admiratore absconditum remaneret, et salutis humane presidio nihil ~~tempus~~ deesset. Nulli maiorem unquam in Botanicis inveniunt famam quam illi, qui in exteras regiones adita difficillima parum, vel nihil timuerunt, et incommoda omnia, imò et elementa ipsa adveniantia, ad plantarum notitiam acquirendam et ipsius in medendi arte necessitatem proclamandam, magnanimè superarunt: Inter quos ^{merito} ~~tamen~~ prius memorandus est celeberrimus, laude omnique dignissimus Casparus Bauhinus, qui Galeni monita providè perpendens, per quadraginta laboriosos annos, eà qua fieri potuit diligentia, studium Botanicum excoluit, nullis laboribus, nullis parcenti sumptibus, ne quidem molestas peregrinationes intermittebat, quo et plantarum cognitionem sibi solidam compararet.

Quis non miretur de magni, et immortalis Tournefortii laboribus? Dic nobis Tourneforti, quid tot cruciaris conatibus in plantis conquirendis? Nonne tibi sufficiunt quæ in Mompeliensibus, totiusque Galliae campis inhabitant, quod etiam ardens Botanicum studium in Dyrrhacum, et totum Barcinonensem tractum, te arripiat? Quid est quod ut stirpium notitiam promoveas in Hispaniam redeas, Lusitaniam aliaque lustras Europæ Regna? Nonne vides quod invalida tua corporis validitate, citi famis que defessa patientiâ, avisi dum te locis inhospitis que committis in montanos prædones incidere periclitaris? Time, time ne forte latrones te spoliatum relinquant, excurrentes sarcinam tuam, nihil præter aliquot herbas siccas, et panem subnigrum tibi dereliquentes

quentes. Ita sanè mihi contigit exclamaret Tourne-
fortius; et omnibus quidem fui spoliatus, et penè fame
enectus: sed plantarum notitiæ famæ, sitisque ad tan-
tum periculum me adduxerunt.

Amor confidentiam ad quidvis audendum sub-
ministrat. Desiderio flagrabat ille aliâquam plurimâ
sustinere, suo cum in animo erat lustrare, non solum
Insulas Archipelagi, in quibus planta à Dioscoride et
Galeno descripta nascuntur; sed et Propontidis littora,
Bithyniam, Pontum, Cappadociam, Armeniam, Syriam
Egyptum, et omnes orientales plagas, ut rariores plan-
tas easque maxime quas Medicina Principes adeò ce-
lebraverunt, et ad medendum adhibuerunt, ad humanos
usus, ex eorum monumentis revocaret. Quæ omnia
intra biennium suis subiecit votis, cum ^{redux} a Creta, Ci-
molo, Melo, Syphno, aliisque Maxis & Gei Insulis
tum Cycladibus, tum sporadibus, Constantinopoli Tra-
pezunte, Paphlagonia, Georgia, Caucasi, Caspiisque
montibus, Olympo, Salatia, Myria, Phrygia, Colide,
Lidia, Ionia, Smirna, ac Epheso, supra mille floribus
distinctarum specierum, vel variantium in illis cli-
matibus degentium, suas satis nunquam laudandas
rei herbariæ Institutiones, in Catalogium tandem
illustravit.

Quis item non miretur labores, sollicitudi-
nes, impensas quas in condendo Herbario ac Museo
fecit ille famosus Jacobus Salvador, decus egregium
gotholannica gentis? Dicat nobis Parvitiis iste, quo-
modo convertit oculos ad dilectum suum Tournefor-
tium, & inaccessibili Monte Ararat descendente,
raptante dorso, manibus, pedibusque laceris? Terrent
te fortè, Jacobe, horrenda illa pericula, vel nivis al-
titude, qua creditur in ipso monte, obrutam Noëmi
arcam adesse? Minime. Unanimis amicitia, et deside-
rium

rium intexerat; Botanicis studio uterque vestrum
expandescebat. Cui ergo, Jacobe, votis Tournefortii te invi-
tantis non appropinquasti? Ah! Alia te tenent quibus pre-
pediris. Appellat Cretam, et omnes Orientales oras Tour-
nefortius, dum tu ex Hispania, et totius Orbis angulis
colligis plantas, et naturalia omnia, ut domi tue Mu-
seum conficias, tanta laude, et admiratione dignum, quod
extera nationes cum ipso Tournefortio te proclamant,
Hispanorum Phoenicem.

Quasi stupore suspensus, finem mirandi Mu-
seum istud, non inveniebat celebris Antonius Jussieus
et quasi rerum miraculum admirabatur. Suscepit prop-
terea onus, non solum ipsum describendi, ut in lucem
magis eluceret, sed etiam illud promovendi illustrandique
gratia peragravit Hispania, Sinitaniaque abdita, comi-
tante Joanne Salvador filio prefati Jacobi ipsiusque
honoris, et totius glorie digno herede. Plurima ex hac
peregrinatione attulit, et adjunxit quoque Joannes, et
multo plura deinde addidit, ut res stuporis plenissi-
ma esset, si mors vigente aetate, a vivis ipsum non abs-
tulisset. Hanc iterum suscepit curam Pater ipsius,
senectute licet confectus; cui exinde successit Josephus
Salvador Doctor meus amabilis, cuius provida seduli-
tas, ardua cuncta vincens, quamplurima auxit, Herbari-
um praesertim locupletavit, totumque Museum nul-
lis parcens sumptibus, in naturae miraculum exexit.

Nihil dicam de rudoribus Scheuzeri, qui
latus praeruptas inter Alpes, silvestrem tenui muram
meditabatur avenam, ut sua in Agrostographia testi-
monium Medentibus exhiberet, & Botanicis prae-
stantia.

Taceo Clusium claudum, inter Paludos, et
acutos carduos denudatum, qui tamquam ^{aut} Patronus
herbarium lucrum medicum propugnaret. Taceo tan-
dem

dem supra trecentos sapientissimos Doctores, qui suis laboribus, et scriptis præstantiam Botanices, in medendi arte confirmarunt.

Audiatux vero celeberrimus, et nostri temporis clarissimus Doctor Sinnaeus, qui de se ipso hæc verba habet: De meis fatis (inquit) quæ in Sapponia expertus sum, nihil dicam; dicam tamen, me plura incommoda per illud tempus sustinuisse, quam alias per totam vitam. Quantis insuper fœxit agitatus caribus, in Oelandico, Gotlandico, Westrogothico, Scanico itineribus, qui poterit enarrare? Quod fuit ei tam durum, meminisse ~~non~~ dulce nobis est, in omnibus suis operibus, et scriptis. Et sic diligentissimus Botanicus, etiam suos Discipulos iussit, remotas lustrare terras, ut vegetabilia ibi degentia colligerent, et ad suum Doctorem afferrent. Alii ex illis Indiam Occidentalem peragrarunt; alii ~~Hispaniam~~ Hispaniam Orientalem; alii Palestinam; alii Americam; alii Hispaniam, et alios quamplurimos tractus Magistri sui iussu percurserunt, ut cuncti in medendi arte, maximum herbarum fructum afferrent, atque contenderent.

Tandem ad tres meritissimos Botanicos ætate nostra aduc vigentes, liceat mihi in rei argumentum, meam convertere orationem.

Adansonem: Nihili vitam ducis, cum interitus in Africa flores quæris, inter crudelem prædarecemque Tygridis rabiem, ac serpentium lethiferos tactus, vel morsus metuendos? Nihili plane ducis, vitam respicis, ut tuis in plantarum familiis æquas, quæ gloria, et emolumento Phytologia sit prosequenda.

Amice Gouan: Quis te amor ducit per calcarium montem, Agathopolis totiusque Occitaniae herbidos campos? Quis est, et qualis amor ille fuerit, luce patulam ostendit Flora tua Monspelica, Horrusque Regius Monspelienis. Legens quas ad me misisti litteras admiratus sane cognovi, te nondum ætate triginta sex

annorum

annorum vidisse plantas omnes hucusque à Botanici
detectas. Egregium decus juventa! Revera, arate unus
fuiti unacum fervido Botanices amore; et ò utinam
tuis officiis, exemplisque gratus, pacem gratiam referre
potuissim.

Et tu tandem Barnades, Gotholaunia nostrae
conspicuus honor, quanta agnoscis perspicuitate in
re medica, Botanologia necessitatem! Cum in horto
Regio Martirensi, novissimum expectasset diem Jose-
phus Quex, tu rei herbariae amore mixtice captus, Pro-
ceribus annuentibus, curam Regii illius horti suscep-
ti, ut proximi Professoris dignitatem promerens, tua
quoque praxi medica, nihil deeret. Tuo enim cordi
est, quod hic hortus sit numquam cultior, numquam
feracior, et Adonides inter excelsores; cujus gratia plan-
tas, radices, semina, bulbos, undecunque anxius esla-
gitas; ergo et herbarias excursionis sollicitus sustines
per Pyreneos, Gotholauniam, et alios tractus; unde
opere, et exemplo plenius illud confirmes, quod verbis
edoces tuis in Principiis Botaniciis, quibus Phytologiae
necessitatem in arte medendi, enixe arguis. Compen-
diò (inquis) tota stat Medicina, in infirmitatum
et ipsarum remediorum cognitione. Tot studia quae
ad hanc adipiscendam facultatem requiruntur, ten-
dunt mediatè, vel immediatè ad distinguendos morbos
ac remedia illis convenientia. Vegetabilia maximam
et praestantissimam constituunt remediorum partem.
ergo plantarum cognitio absolutè Medentibus est ne-
cessaria.

Quisquis Medicinae servit, plurimis quoti-
die, vel frequentex indiget herbis, quarum cognitione
theoretica saltem uti oportet, si artis opera pulchre
obire velit. Quid igitur agnitio morbi proderet abique
pharmaci notitia? Altera sanè, nihil sine altera.

Opifex enim esset sine instrumento; vel instrumentum sine Opifice.

Systemate, qualitate, et experientia exuitur omnis plantarum usus, juxta clarissimos Hermannum, Camerarium, Hoffmannum, Sinnaum. Plantarum usus solum Medicis, et Chirurgis competit, ac peculiaris est: Ideo ipsi male usus plantarum exuent, absque Systemate. Primus gradus sapientiae est, res ipsas nosse; Vera ac certa plantarum notitia consistit in Systemate, seu methodo, quae docet illarum divisionem et denominationem genericam, et specificam à fructificatione desumptas, unde illarum quoque vires exuntur, sapore scilicet, odore, colore, et loco debite obiectuati.

Paucas supra sexcentas enumeramus plantas quae, vel quarum partes in officinis prostant ad usum Medicinæ. Ad decem circa millia attingunt vegetabilium species, hucusque à Botanici cognita, e quibus nec una creditur, fuisse à natura frustra creata; imò minimam aduc, et abjectionem in humana salutis subsidium à Creatore nobis esse concessam, ac datam asserit Quercetanus. Nihil sanè (inquit) à natura creatum quod in usum medicum, venire non ponit. Vide ergo humane salutis qui debes esse provisor; vide precor à sexcentis speciebus e quibus solum detecti sunt usus, usque ad decem millia, quarum plurimum vires aduc latent, et desiderantur, quæ cura restat innumenda! Hæc deinde cura, ad quos est amandanda? Ad Pharmacopæos? Neutiquam. Solum enim ipsorum est cognoscere plantas, quoad earum præparationes. Sciendus primum est speciei usus, antequam ad ejus præparationem deveniamus. Quibus igitur commendanda hæc erit cura, nisi illis quibus proprium est, remedium usum habere notitiam?

Patres, Commentatores, ceterique Medici
plantarum seduli inquisitores, huc iterum convenite.
Quomodo in humana salutis praesidium vegetabilia
ceteraque medicamina, adhibuistis? Nonne magna
cum diligentia solliciti fuistis, ea omnia systemate vel
methodo vera pertractare, ut deinde ad praxin veram
ponetis ipsa reducere? Vel vixes plantarum quae casu,
et fortuito invenistis; nonne sagistis praxi, et theo-
ria illas confirmare? Si & maxima Botanices neces-
sitate, seu praestantia dissentiretis, quanta in arte me-
dendi salutaria deerent! Quomodo in medicina
vnum inducet ea quae quis non cognoscit? Quomodo
Medici, et Chirurghi distinguunt quorundam veterum
falsas theorias & vires plantarum, ab Aetologia
et signatura desumptas, si praxi, et methodo Bota-
nices carent? Quomodo tandem ab Atropis specie-
bus, vitam haurient, et salutem? Ergo scientia
vegetabilium medicinam facientibus, non solum prae-
stans, sed etiam necessaria est iudicanda.

Ad Pharmacopaeos quoque pertinere plan-
tarum peritiam, nullus sane inficias ibit. Pharma-
copaeorum est primum, eligere simplicia, deinde
ad ipsorum preparationem, vel compositionem deve-
nire. Simplicia autem si male elegerint, prepara-
tiones, ac compositiones mutilae, vel inutiles profecto
evadent. Regnum vegetabile, quamplurimum (vni dixi-
mus) producit Medicamina e quibus media prepa-
ratione, compositiones conficiuntur. Ergo Pharma-
copaei manus, vel officium suum recte prestare ne-
queunt, absque vegetabilium peritia. Nec ad illud
implendum vere sufficit a Botanicae artis petere plan-
tas; cum isti cuiusvis inreii methodi, saepe nec lege-
re nesciunt, et a nemine doceri possunt, casu, vel ex-
ternea consuetudine vegetabilia colligunt; unde pra-
eparata medicina, raro sanitatem afferunt.

His incommodis occurrentes, et desiderio
humanae salutis commoti Reges, Principes, Proceresque
alii, memores Ciceronis sententia: Nihil est tam regi-
um, tam liberale, tamque munificum, quam opem ferre
supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare pe-
riculis homines; profuis sumptibus animos adiecerunt
ad instruendos publicos, et communes hortos; alios quidem
Academicos in quibus Professores Botanica lectiones co-
ram studiosis haberent; alios Medicos, quos intrare
Medicina Doctoribus, Chirurgis, et Pharmacopaeis, tan-
tum concessum est; alios Regios, qui omnibus sunt aper-
ti, et plantis exoticis saepe referti.

Tanta o Proceres vos tenuit ~~cura~~ in solli-
citudine estimabilis Reipublicae salus. Vestras effu-
diti opes, ut a quatuor Mundi angulis, vestros in
hortos valetudinem afferrent officiosi, ac impigres
Phylobotani. Franciscus Hernandez in remotis A-
mericae regionibus, sumptibus Hispaniae Regis Philip-
pi secundi, trecentos mille ducatos expendit, pro plan-
tis, et naturalibus comparandis. Petrus Loefling, ab
ipso Hispaniae Regno, et America oris, impensis nostri
Regis Ferdinandi sexti, quamplurima vegetabilia con-
gregavit. Iosephus Quercus, et Michael Barnades a fau-
cibus, et montium jugis totius huius ample ditionis
munificentia generosissimi Caroli tertii Regnatoris
nostri, numerosissimas plantas collegerunt. Plumie-
rus, Surianus, Sifitau pariter ab America plantas
in hortos detulerunt, Regis Galliae liberalitate. Tour-
nefortius ab Oriente, mercede Ludovici ^{decimi} ~~noni~~ ^{decimi} ~~noni~~
hortum Regium exornavit. Linnaeus septem stipatus
comitibus doctis, impensis Nicolai Reuthersolm Gu-
bernatoris Provinciae Dalekarlica, a Dalekarliis orien-
talibus alpinis, et Occidentalibus. Iterum Linnaeus
e Lapponia, et ex illis septentrionalibus regionibus
minus a Societate Regia litterarum, plantas detulit

quibus hortos pulchrè ditavit. Aliique tandem
quamplurimi fuerunt, et modò quoque vigent, qui
à cunctis Orbis oris, Regum, Principum, et aliorum
suffragio vegetabilia in hortos transferunt, ubi &
Botanica, et ejus præstantia tractantes, necnon mo-
res Procerum gerentes, sanitatem afflictis impertiunt.

Negotio tanti momenti, desiderio æstuans
opem afferre, Coetus illustrii Barcinonensis Acader-
mie Regiæ Scientiarum naturalium, et Artium,
saratigit enixè, atque contendit, assiduè curis, et stu-
diis in Phytologia directione, quam nunc præcla-
rè gerit, meritiuimus Paulus Balmes Medicinæ
Doctor. Pharmacopæorum deinde honorabile Bar-
cinonense Collegium, à munificentia Caroli nomi-
Regis, exposcit auxilium, quo valeat instruere hor-
tum Academicum: Et tandem Regium Chirurgo-
rum Gymnasium Barcinonæ, hoc ipsum sollicitat,
ut cuncti suo in vinctulo græmio, Botanices præ-
stantiam in medendi arte, publico ostendentes, glo-
riam sibi promereant & optimo Reipublicæ bono.

Undè liquidò patet, quantam operam
undique locorum in conquirendis, et investigandis
plantis, adhibuerunt seduli Botanici, scientiæ hu-
jus, æqui æstimatores; qui ingenti multitudine, et
specierum varietate obruti, coacti suntnectere fi-
lum quoddam Ariadneum, quo mediante uti à De-
daleo labyrintho, extricare possent veram earum
denominationem, constituentes nempe regulas, poi-
tiones, axiomata, demonstrationes, &c. ratiociniis,
et experientia superstructas, secundum quas præxin-
suam dirigere deberent. Undè præcipuè Systemati-
ci, seu Methodici orti sunt, qui dividendo, vel con-
jungendo plantas in Classes, Ordines, Genera, Species,
et Varietates, antiquum, sive novum etiam incognitum

Genus

Genus, ritè determinent ac denominent; et inde secundum naturalem methodum, vires etiam ostendent, quod primum, et ultimum in Botanicis est desiderium,

Hoc autem filum Ariadneum, seu vera methodus qua facile tuto cognoscuntur planta, in Botanicam inducta fuit laboribus, et studiis Camerarii, Cesalpini, Morisoni, Raji, Hermanni, Magnoli, Boerhaavii, Vaillantii, Rivini, Tournefortii, Linnei, et aliorum plurimorum quorum doctrinis certo certius cognoscitur Helleborum esse nigrum planta quæ quidem contra rei veritatem antiquitus pro Polygonato recepta fuit. Idem Pseudoacorum esse plantam quam pro Acoro vero accipiebant plures. Tantorum et talium Botanicorum documentis in viam educti sunt illi, qui aberrantes pro Camepyride, Solano Dulcamaro utebantur; pro Chamedry, Veronica; pro Rusco, Viti idea; pro Bupleuro perfoliato, Ophi bifolia; pro Seiame, Myagrio; pro Tramice, Xeranthemo; pro Rapontico, Centaureo majori; pro Silene montano, Phellandrio; pro Nigella foetida Stramonio &c. quarum vires luculenter dissentiant; atque ideo sæpius mortem pro salute propinabant. Quæ omnia in Medicina gloriam correperunt, et alia quamplurima in bonum publicum ediderunt. Illis itaque uti veris methodicis vel systematicis orthodoxis, nitox et certitudo Botanicæ debetur. Illis itaque, qui indefensis laboribus, et studiis veram cognitionem, et certas ac indubitatas, numerorum plantarum vires Medentibus ostenderunt, Rei publicæ totius grates deferuntur. Sed quomodo tantis forent digni meritis, absque Botanices scientia? Quomodo Medicus, vel Chirurgus ab hac ^{provincia} notitia peregrinus & vegetabili materia medica, aliquem accusabit, vel

vel redarguet? Quomodo Sorum maximum, castè,
(a) ac judiciose distinguunt ab officinali Meliloto, cum
alterum pro altero, illis tradant? Quomodo tandem
Pharmacopœus vegetabilia eliger, vel dispensabit?
Meum ergo quoque erit, plantas graviter inquirere
easque pertractare, ut erga Medicos, et Chirurgos &
genuina, ac illarum vera electione, officio meo vale-
am satisfacere. Itaque jam & Meliloto officinali
juxta Tournefortii, et Linnei perpolitæ, neque non
magis ~~methodis~~ estimatas ~~methodos~~, liceat mihi
nunc disputare.

Omnia quæ à nobis vere dignosci possunt
dependent à clara methodo, qua distinguimus similia,
à dissimilibus. Nullibi tot objecta humanis sensibus
objecit summus Conditor, ac in Regno vegetabili,
quod totum istum quem inhabitamus globum regit,
et replet. Ergo si ullibi pura methodus è re est, sanè
hic, si vegetabilium claram ideam contendimus obti-
nere.

Chaos itaque res herbaria esset, sine filo
Ariadneo cujus vice Systema adhibetur, quod per
quinque appropriata membra, limites familiarum
Botanices resolvit; quæ deinde Classes, Ordines, Gene-
ra, Species, et Varietates comprehendunt. Unde sys-
tematice, vel methodice absolvitur Vegetabilium ve-
ra dispositio, pro vero fundamento denominationis
habita, quia docet divisiones, seu conjunctiones plan-
tarum ipsas conjugendo quæ inter se conveniunt, et
illas dividendo, quæ dissentiant.

Classis est generum plurimum convenientia
in partibus fructificationis, secundum principia naturæ,
et artis. (a) Est item congeries generum quibus nota

Quid Classis.

quedam

(a) Lin. Phyl.orph. Bot
pag. 100.

quedam communis adeo propria est, ut ab aliis omni-
bus generibus plantarum prorsus differat. (a)

In decima Classe Institutionum rei herba-
riae, & herbis, et suffruticibus, flore polypetalo papilio-
naceo agens Tournefortius, sic habet. = Flor autem pa-
pilionaceus quatuor petalis dissimilibus componitur,
= ex calyce unifolio, cavo, cucullum papiraceum ferente,
= et multifido, simul cum pistillo exurgentibus. Petalum
= superius, quod signi cuiusdam militaris adinstar expli-
= cetur, Vexillum audit; inferius Cymba modo concavum,
= Carina, quae vero medium locum occupant, Alae solent
= appellari, ad exortum auxita, pexinde ac Carina, quae
= plerumque in duas partes per longitudinem dehiscit; Un-
= de Flor leguminosus proprie loquendo, pentapetalus ans-
= malus dicendus est. Huic Flori proprium est, ut pistil-
= lum ejus excipiat a vagina quoddam fimbriata, seu
= potius in stamina divisa, ac deinde abeat in fructum
= qui Siliqua vocatur. Siliqua vel unicapitulata est, vel
= bicapitulata, vel articulata. Unicapitulata in duas val-
= vas dehiscere solet, et semina complecti reniformia, Cy-
= lindracea, sphaerica, plana, rhomboidea, aut quadran-
= gula, introitum emarginata, vel alterius forme. His ali-
= mentum subministratur a variis per longitudinem par-
= tis crassioris siliquae protentis, quorum ramuli in placen-
= tam influunt tenexo fructui adherescentem.

Cuique luxuranti characteres partium fructifi-
cationis Meliloti officinalis, luculenter parebit, similes
esse, ac convenientes his clavicis characteribus a Tour-
nefortio descriptis. Unde planta haec conjungenda et
absque dubio est invenienda, in ipsa decima Classe; quae
jam cognita, et perspecta ad Ordines, seu Sectiones, est
prosequendum.

Ordo est Classium subdivisio, ne plura genera
distinguenda, simul, et semel evadant. (b)

Quid Ordo.

(a) Tournef. Inst. rei herb. pag. 51

(b) Lin. Phil. Bot. pag. 101.

Classis

Classis decima praedicta, subdividitur in
Ordines, seu Sectiones quinque, quae sunt sequentes.

1. De herbis flore papilionaceo, cuius pistillum abit in
siliquam unicapularem, et brevem.
2. . . . flore papilionaceo, cuius pistillum abit in
siliquam unicapularem longam.
3. . . . flore papilionaceo, cuius pistillum abit in
siliquam articuloriam.
4. . . . flore papilionaceo, et foliis ternis.
5. . . . flore papilionaceo, cuius pistillum abit in
siliquam bicapularem.

Planta enim, circa quam versamur hoc in ar-
gumento, comitat floribus papilionaceis, et foliis ternis;
ideo conjuncta, et excogitanda est, in Sectione quarta
quae continet genus similibus insignitum characteri-
bus, inferius explicandis. Prius ~~autem~~ ^{autem} sciendum est, tot
esse genera, quot similes constructae fructificationes, pro-
ferunt diversa species naturales. (a) Tot item sunt gene-
ra, quot attributa communia proxima distinctarum
specierum (b). Genus omne esse naturale, in primordio
tale creatum, hinc pro lubitu, et secundum cuiuscumque
theoriam, non proterve diuindendum, aut conglutinan-
dum. (c) Secus autem confunderentur genera, et his con-
fusi, confundi omnia, necesse exit. Quod, ut non eve-
niat appxime est notandum; Vegetabilia in fructifica-
tionis partibus convenientia, haud esse ceteris partibus
in dispositione theoretica, distinguenda, vel separanda.
Quaecumque insuper Vegetabilia flore, et semine conso-
na, eodem nomine, designanda esse. Quibus omnibus pri-
us, et semper attentis, beneque perpensis, perspiciamus
praedictae Sectionis genus secundum, cui nomen est Tri-
folium.

Quid Genus

(a) Lin. Phil. Bot. p. 100

(b) Idem in ratione generum pag. 12.

(c) Idem. Phil. Bot. p. 100.

Trifolium

Est planta genus flore papilionaceo, vel papilionacei
semulo. Flos papilionaceus est, constat enim vexillo, Alis,
et Carina, ex Calyce emergentibus simul cum pistillo,
vaginata sua fimbriata obvoluto. Illud autem abit in capsulam
in Calyce ipso reconditam, et semine foetam ut plerimum
reniformi, per maturitatem arcte capsula adherente.
Flos monopetalus est papilionacei simul, ex cuius Ca-
lyce surgit pistillum quod deinde abit in capsulam
membranaceam in Calyce reconditam semine foetam
ut plerimum oblongo, vel reniformi. Atis notis adden-
da sunt folia ternata, raro quaternata, aut quina, nisi in
quadri folio pediculis inidentia.

Iterum speculanti partes fructificationis
Meliloti officinalis, proculdubio obviam facile veni-
ent characteres, qui consoni huic generi Trifolio, evi-
dentex cognoscuntur. Unde ab hoc ipso genere, minimè
distinguendus, nec separandus est Melilotus officinalis;
hincque instructe eodem nomine generico denominan-
dus, nempe Trifolium.

Tournefortius autem, non esse Trifolium
proponit, sed aliud esse genus sub Meliloti nomine,
cujus characteres describit in eadem sectione, modo se-
quenti.

Melilotus est planta genus flore papilionaceo, ex cu-
jus Calyce surgit pistillum, quod deinde abit in capsu-
lam nudam, hoc est in Calyce non reconditam ut in Tri-
folio, uno vel altero semine foetam subrotundo. Atis no-
tis addenda sunt folia ternata pediculis inidentia,

+
singulis

Tournefortius itaque, & Trifolio unum, &
Melilotum alterum uti patet, condidit genus: immerito
tamen. Species diversae quas laudatus Auctor ex-
ponit sub genere Meliloti, fructificationem proferunt
similem

ac convenientem fructificationi specierum, quas sub
Trifolii genere conjunxit; hinc similis, conveniens, et
eademmet fructificatio cum sit, duo distincta genera
denotare nequit. Attributa proxima, seu partium
fructificationi Trifolii, numero, situ, proportionem, et
figura deprehenduntur communia speciebus Meliloti:
Ergo ab his attributis, unicum cognoscimus genus con-
glutinandum nec in alterum dilacerandum; juxta
generis statutam definitionem.

Pistillum adix in capulam nudam, et uno
vel altero semine foetam subrotundo, sunt nota qui-
bus Tournefortius genus Meliloti, à genere Trifolii di-
tinguit. At quidem nota non sufficiunt, ut species
Meliloti excludantur à genere Trifolii; quia nota
ipsa leves admodum sunt, aberrantes, ac dissimiles,
nec essentielles. Raro enim datur genus in quo pars
aliqua fructificationis non aberrat. (a) A pluribus no-
tis specierum consonis, et similibus desumitur genus,
quibus necessario distinguitur ab alio genere. (b) Con-
sone ac convenientes patent plures nota in Meliloti,
et Trifolii speciebus; hinc ab illis unicum desumimus
genus. Quod idem approbat Tournefortius dicens: =
= ut clarius intelligatur qualis esse debeat generis accep-
= tio apud Herbarios, notandum est similes plantas,
= à dissimilibus separandas, et cum similibus veluti
= in fasciculos esse colligendas. (c) Et deinde ait: = Ego
= vero frequenter usurpabo adverbium illud plerumque
= que, aut aliud simile, ad significandum species non-
= nullas à suis generibus nequaquam excludendas esse
= propter dissimilitudines quasdam quae vel à sensibus
= difficile percipiuntur vel leviores sunt quam ut
= illi rei natura immutari existimetur. Dicam U. g.
= in posterum flores lilii convallium plerumque quin-
= que partitos esse, ut declaretur speciem ab hoc genere
= nequaquam arcedam esse, quae flores quadripartitos,
= aut indivisos haberet; dummodo forma florum cetera-

(a) Lin. Phil. Bot. pag. 120

(b) Idem in ratione Sem. p. 11

(c) Tournef. Inst. rei herb. p. 50.

que respondeant. Certe & plantarum generibus nihil
statueretur, si exquisita illa Geometrarum diligentia
adhiberetur; unde confido fore, ut nulla mihi culpa
tribuatur etiam, ubi vocis plerumque oblitus fuero.
In singulis enim generibus adhiberi debet, cum sepi-
sime varietates occurrant non solum inter species
ejusdem generis, sed inter plantas ejusdem speciei, imò
et inter partes ejusdem plantæ. (a)

Inter Trifolii species, alia est monopetala,
alia tetrapetala, alia monosperma, altera polyisperma,
ex quo nonnulli urgent sub eodem genere has omnes spe-
cies militare non posse; unde contra naturam genera
spuria condunt, in summum Botanices damnum; quia
simili modo tot evaderent genera, quot species existunt,
(b) Ex quo iterum evincitur plantas seu species uno, vel
altero semine foetas, quas sub Meliloti nomine cognos-
cimus reponendas, et conjungendas esse in genere Trifolio
et hoc etiam nomine generico, denominandas. Nam
plantæ quæ genere conveniunt eodem nomine generico
designandas sunt, et nomen genericum in eodem genere
idem, et unicum esse debet.

Hanc eandem plantam deinde, secundum
sexuale clarissimi Linnei systema disponam, ut certò,
et indubitatè pateat & illius recta, ac vera generica
denominatione.

Cum Maxiti è duplici basi, tamquam è dupli-
ci Matre oriuntur: seu, cum Maxiti propinqui, et cog-
nati sunt; hoc est, cum stamina filamentis sunt in
duo corpora coalita, pro classica deserviunt nota, qua
instructæ plantæ omnes, in Classe Diadelphidæ sunt re-
ponendæ.

In fructificationis parte, nempe floris Melilo-
ti Officinalis, adiunt Maxiti propinqui, et cognati è du-
plici

(a) Courmes. Int. re herb. p. 63.

(b) Lin. Phil. Bot. p. 120.

plici bati, tamquam è duplici *Matre* orti; hoc est sta-
mina sunt filamentis, in duo corpora connata: Ergo in
Diadelphia Classe repositus erit *Melilotus*, atque ibi
inquirendus.

Ordines Classis hujus, desumuntur à numero
Maxitorum, seu *antherarum*, quæ sunt organa genita-
lia masculina, *saxinam* suam *genitalem*, *stigmati*
genitali *fœmineo* *insurgentia*, atque *fœcundationem*
operantia.

In ipso *nuptiarum* *thalamo* *Meliloti*, pro-
stant *Antheræ*, seu *Maxiti* *decem*: Ergo *Melilotus* in-
veniendus sub Ordine *Decandro*, in cujus serie descri-
buntur *generici* *characteres*, quibus inditum est nomen
Trifolium.

Trifolium.

Calyp *perianthium* *monophyllum*, *tubulatum*, quin-
quedentatum, *persistenti*.

Corolla *papilionacea* *sæpius* *persistens*, *marcescens*.
Vexillum *reflexum*. *Alæ* *vexillo* *breviores*
Carina *alæ* *brevior*.

Stamina *filamenta* *diadelphea* (*simplex*, et *novemfidum*)
Antheræ *simplices*.

Pistillum *germen* *subovatum*, *stilus* *subulatus*, *ascen-*
dens. *Stigma* *simplex*.

Pericarpium *legumen* *breve*, *univalve*.

Semina *paucissima*, *subrotunda*. (a)

Melilotus *verus* *officinalis* in partibus sue
fructificationis, constat *characteribus* *consonis*, et *simi-*
libus *iii* *Trifolio* *adnotatis*: Ergo contra *veram* *Botan-*
nicorum *Methodum* *procederet*, qui illum à *Trifolii* *ge-*
nere *separaret*.

(a) *Lin. Gen. plant.*

Primaria licet, et certior cognitio plantarum
à partibus fructificationis habeatur; non tamen omni-
no habitus pro secundario caractere, est omittendus.
Experientia rerum maxima, primo intuitu à facie ex-
terna seu habitu plantarum, familias sepius divinat.

Habitus est conformitas quædam Vegetabi-
lium affinium, et congenerum in placentatione, radica-
tione, ramificatione, intorsione, gemma-tione, foliatione,
stipulatione, pubescentia, glandulatione, lactescentia, in-
florescentia aliisque. (a)

Characteres habituales genericos, Trifolii fruc-
tificationi adiecit, egregius Botanicus Mompeliensis Anto-
nini Gouan, suo in Horto Regio Mompeliensi, modo se-
quenti. (b)

Radicatio horizontalis, repens vel perpendicularis.
Cauliscentia herbacea, teres, ramosa, repens, vel erecta.
Foliatio alterna, petiolata, ternata; foliolis subæqua-
libus, integris, sessilibus, vel petiolatis, terminali sepius
petiolato. Inflorescentia pedunculata (in una specie
sessilis) axillaris, vel terminalis, nunc racemosa, aut spi-
cata, nunc capitata. Fulcratio stipulae gemine adna-
tae, vaginantes. Bractea situ, numero, et figura varia.

Generice secundarie descriptæ notæ omnino
deprehenduntur æmulae, ac convenientes caracteribus ha-
bitualibus Meliloti officinalis; hinc patet ab hocce genere
non esse distinguendum Melilotum

Denominata jam planta, nomine scilicet ge-
nerico certo, nec lubrico, ad aliud devenire nomen oportet,
quod erit specificum. Omnis enim planta, constare
debet nominibus nempe generico, et specifico; secus autem
alterum sine altero, esset veluti campana absque pistillo.

(a) Lin. Phil. Bot. pag. 101.

(b) Gouan Hort. Reg. Momp. 387.

Nomen

Nomen deinde specificum, semper genericum sequi
oportet. Illud à descriptione extrahit differentias, et ab
iii selectissimum investigat characterem specificum.
In characteribus naturalibus totius plantae consistit
descriptio. Melilotum verum officinalem sequenti
descriptione demonstrabo.

Descriptio Meli-
loti veri officinalis.

Radix ramosa, fibrosa, perpendicularis, alba, ligno-
sa. Caules herbacei, teretes, leves, ramosi, erecti, fistu-
losi. Rami facie caulium, alterni, axillares. Petioles
communes longi, leviter sulcati, filiformes; Petioles par-
tiales breves, ex foliolo impari longiores. Stipulae gemi-
nae, adnatae, vaginantes ad basin petioli communis, lan-
ceolatae. Folia ternata, foliolis ovalibus, glabris, super-
ne, ad medium serratis, nervo longitudinali ad apicem
acutis, petiolatis. Pedunculi communes solitarii, fili-
formes, leviter sulcati, axillares, petiolis longiores. Ped-
unculi parciales brevissimi. Bractea minima, linea-
res, ad basin pedunculi partialis. Inflorescentia rac-
mosa, laxa, floribus pendulis, sive cernuis, luteis, par-
vis. Calyx monophyllus, semiquinquefidus, sive quin-
que dentatus, laciniis acutis fere aequalibus, corollâ bre-
vior, tubulatus, persistens. Corolla papilionacea, max-
cescens. Vexillum latibus connivens, apice reflexo;
Alae erectae, vexillo breviores, carinae aequales, obtusae.
Carina obtusa. Stamina filamenta diadelphea, seu
in duo corpora coalita, capillaria, alis subaequalia. An-
thera obtusa, minima. Pistillum germen subovatum.
Stilus capillaris, inflexus, aliquando ascendens, stami-
nibus similis. Stigma simplex, minimum. Pericarpi-
um legumen breve, subovatum, stilo terminatum, uni-
valve, rugosum, nudum, hoc est, extra calycem pro-
ductum. Semen unicum, subrotundum, emarginatum.

Habitat

Habitat in hortis, et ad humanam ascendit altitudinem.
Floret Mayo. Meliloti emplastro nomen indidit, et
decoctis etiam adhibetur. A vocibus græcis componitur,
scilicet Meli et Sotos, quasi dicas Mel dulce, seu Sotum
mel olentem, cuius oblectamento, Mulieres in aren-
lis inter vestes illum reponunt. Vulgo appellatur Tre-
bol & olox.

Hæc est vera Meliloti officinalis adumbra-
tio, seu descriptio, in qua necessario inveniuntur cha-
racteres, quibus ab aliis Trifolii speciebus, reuera dis-
tinguatur

Quid Species.

Eor deinde dicimus Species esse, quæ diver-
sas formas, ab initio produxit infinitum Ens; quæ for-
mæ secundum generationis inditas leges, producere
plures, at sibi semper similes. (a) Notitia speciei con-
sistit in essentiali nota, qua sola ab omnibus conge-
neribus distinguitur species. Nota vero essentialis,
non hucusque in hac Trifolii specie, est inventa; prop-
terea necesse est, ut per synopticam Divisionem de-
monstretur Differentia. Hæc igitur consistit in legu-
minibus racemosis, nudis, dispermis, rugosis, acutis, cau-
le erecto; quæ nota, seu Differentia primo intuitu plan-
tam suam manifestant, ab aliis sui generis speciebus
distingunt, et pro nomine specifico huic speciei desex-
viunt, juxta clarissimum Sinnaum. Unde à descriptio-
ne inquisito caractere, perfecte quoque nominata
erit planta, nomine scilicet specifico, quod genericum
sequens, sic resolvitur: Trifolium leguminibus racemo-
sis, nudis, dispermis, rugosis, acutis, caule erecto.

Aliud in super generico adjunctum admittitur
nomen, quod est Triviale, ut commodè ac facile in schedis
dis utatur. V.g. Trifolium Melilotus: hoc ideo nomen
(a) Lin. Phil. Bot. p. 99.

Melilotus

(a)
hodie

Melilotus, pro triviali nomine, inter Botanicos re-
cipitur^(a) ac reputatur.

Alia quoque diversa nomina à Phytologis
eidem plantæ sunt imposita, quæ pro synonymis
hic etiam sunt adhibenda.

Trifolium odoratum, seu *Melilotus*. Dod. pempt. 567.

Melilotus officinarum Germania. Bauh. pin. 331.

Melilotus officinarum Germania flore albo. Tournef.
Jussit. 407.

Lorus sylvestris flore albo. Tabern. hist. 823.

Melilotus vulgaris altissima frutescens flore albo
seu luteo. Tournef. Raj. suppl. 407.

Melilotus officinarum luteo flore. Bot. Monyp. 175.

Melilotus major candida. Bot. Monyp. 175.

Melilotus frutescens siliquis brevibus turgidis, mi-
nus rugosis. Sauvag. 185.

Melilotus vera. Germ. hort.

Melilotus major. Baumf.

Melilotus vulgaris. Lugo.

Lorus urbana. Martb.

Saxifraga lutea. Buchs.

Lori sive *Trifolii* species. Cord. in Dioscor.

Nominibus generico, et specifico, etiam
varianti nomen addi potest. Planta à semine ejusdem
speciei *Trifolii* nata, ac ab occasionali aliqua causa
mutata, flores dant albo, aut luteo, magis minuve
odoros, caules altissimos frutescentes, aut herbaceos, sili-
quas magis vel minus protensas acutas, ac rugosas, se-
mina plura vel pauciora, quæ omnia non sufficiunt
ut plantæ, specie distinguantur. Species enim con-
stantissima sunt, et nature opus, nec deinceps in alias

Quid Varietas.

degenerabiles

degenerabiles species, licet differri, ac variari possint
notis lubricis à causis quamplurimis accidentalibus:
Quam approbat, et confirmat sententiam, laudatus
ille Antonius Goëan in Epistola mihi, data Monip-
lii die 28. 9bris 1763, modo sequenti.

1. Varietates sunt lumen accidentales; seu planta dif-
ferentes, ex ejusdem speciei semine, nata.

2. Varietates diversae fiunt à Climate, vento, sole, in-
roxatione, terra diversimode elaborata,

3. Varietatum species sunt magnitudo, plenitudo, cri-
spatio, odor, sapor, color, pubescentia, fulcratio.

4. Varietates facile ad species reducuntur ope charac-
teris genuini speciei; ergo nomen specificum (seu
nota) ab invariabili attributo, exui debet.

5. Varietates quoddam difficile reducuntur, nisi à genuinis
et peritis systematicis.

6. Magnitudo, plenitudo, frondescentia, oriuntur ab
exposito loco calidiori, pinguiori, terraque magis ve-
getabili. Crispatura, color, odor à rara inroxatione
pubescentiaque à causa simili, et è contra.

7. Varietates olim species credite, à naturalis Systema-
ris, sepuum, et Philosophia Botanica ignavis; unde
peninè species distinxerunt.

8. Varietates reduxerunt Linnæus, Ant. Jussieu, Vai-
llantini, Pontedera, Ego.

9. Merui confundendi species, ignorantia notæ spe-
cificæ, et continuata generationis, hoc produxerunt
errores.

10. Probant Varietates ^{reandem} ad speciem pertinere planta
quæ à solo natali, in hortos translata diversam in-

duunt

duunt formam, mutant colores &c. Croci, Narcisi,
Antipa, Cheirantui, Dianthus, Rosa praesertim; et aux-
si in solo natali allata, primordiali natura ins-
tantur, et rursus immutantur.

Unde nobis in conspectum venit, quod
magnitudo, odor, color, seminum numerus, legumi-
num apex plus, minusve acutus &c. ab errore procul
possint huic Trifolii speciei, pro varianti nomine
addi. Variat omnium facillime odor, et est diversus
in diversis subjectis. Color in eadem specie mirè ludit.
Rubri, et Coerulei flores inter omnes saepissime in al-
bum transeunt. Luteus quoque in album. Albus in
purpureum. Coeruleus in luteum. Locus natalis ve-
luti urbanus, sylvestris, neque hypothecis uti Me-
lilotus vera, species differentes specificè tradunt.

Hanc profectò speciem variantem licet,
in Medicina facienda accipiebant antiqui Medici,
ut ac hodierna die, eadem utuntur Neoterici. Hanc
etiam plantam vel speciem, pro Meliloto vero offici-
nali, claus Botanicophilus Ignatius Franciscus Ame-
llax, Pharmacopoeos iussit in officinis dispensare.

In Materia Medica clarissimi Sinnei, haec
~~pro~~ etiam sistitur varians species, sub triviali,
officinali, sive pharmaceutico nomine Meliloti albi, ci-
trina, cuius qualitas suaveolens, herbacea, gravis, praes-
tantem praefert vim resolventem, ac emollientem,
pag. 284.

Quasi vit ab officina mea Meliloti flores,
Medens quidam. Descripta, ac supra disposita spe-
ciei, flores tradidi. Negavit ille Meliloti esse flores.
Quae planta ergo exit Melilotus, quam pro tuto com-
ponendis

ponendis medicaminibus, eligere tenentur Pharmacopœi? Viget sanè hic Botanices necessitas, Medenti non solum, sed etiam Pharmacopœo. Ecce quam necessarium est, veram notitiam, et disquisitionem plantarum habere!

Descriptum verum, et officinale Melilotum à me traditum, in publicum vituperium Medens ille redegit. Aliam affectat plantam, seu flores, ab aliis officinis sub Meliloti nomine. Sed quam plantam usurpat ille, ab aliis officinis pro vero Meliloto? Certè plantam genere, et specie omnino differentem. Vide quæro, disponam omnes ejus partes eadem methodo qua supra, ut exinde luculenter cognoscatur quam turpè, et falsò pro Meliloto vero officinali desumatur, in noxam ægotantium.

Flos ejus papilionaceus est, et folia habet ternata: hinc in Clave decima, sectione quarta Tournef. Inst. rei herb. invenienda est; ubi characteres, à Calyce nempe surgens Pistillum quod deinde abeat in siliquam interdum septis transversa positis, velut in loculamenta distinctam, seminibusque factam ut plurimum subrotundis; fluunt in ipsa sectione, & solum à Genere insignito nomine Lotus.

Qui characteres deinde facilè, et constanter comprehenduntur in fructificationis partibus plantæ quam Medens ille, sub nomine Meliloti quærit: Ergo Lotum, pro Meliloto accipit falsò, et oberranter.

Deinde; Marti decem in duo corpora con-
nati, statuunt plantam adesse ipsam in Diadelphia Clave, et Ordine decandro, è cuius serie sunt characteres generici sequentes.

Calyx

Calyx perianthium monophyllum, teres, semiquin-
quefidum, dentibus acutis, aequalibus, erectis,
persistens.

Corolla papilionacea. Vexillum subrotundum, de-
orsum flexum, ungue oblongo, concavo. Alae
subrotundae, vexillo breviores, latae, sursum
conniventes. Carina inferne gibba, superne
clausa, acuminata, ascendens, brevis.

Stamina filamenta diadelphica (simplex, et novem-
fidum) ascendentia, apicibus latiusculis.
Antherae parvae, simplices.

Pistillum germen teres, oblongum. Stilus simplex,
ascendens. Stigma punctum inflexum.

Pedicarpium legumen cylindraceum, strictum,
quasi transversaliter multiloculare, bi-
valve, uniloculare.

Semina plura, subrotunda. (a)

Qui characteres fluentes à Genere Lorus
conveniunt quoque, et conioni omnino sunt cha-
racteribus partium fructificationis plantae, quam
pro Meliloto affectat Medici ille: Ergo indeinven-
ter oberat, et Lorum pro Meliloto, falsò, turpeque
suscipit. Quod ipsum confirmant habituales notae
genericae, ab Horto Regio Monypeliensi, translatae. (b)

Radix tenuis, simplex, debilis, vel lignosa, ramosa.

Caulescentia teres, ramosa, herbacea, vel fruticosa.

Foliaris alterna, periolata, ternata, folioli aequali-
bus, integerrimis, sessilibus. Inflorescentia axillaris

pedunculata, nunc solitaria, nunc capitata vel capi-

(a) Lin. Gen. plant.

(b) Gouan Hort. R. Monyp. p. 323.

taro-dimidiata. Fulcratio stipulae geminae, foliaceae, solutae, foliolis subaequales. Bractea saepius triplex, foliacea, in apice pedunculi, floribus subjecta, in una specie nulla.

Confusio itaque Genere, quam speciei ideam sibi proponet Medeni? Nullam profecto certam. Exposito jam, et revelato Genere & specie facile iudicabit. En descriptio speciei, quam pro Meliloto officinali, ille ab aliis Officinis exposcit, et ei tradunt.

Descriptio Loni
maritimi quem
faliò accipiunt
aliqui, pro Meli-
loto vero offici-
nali.

Radix ramosa, fibrosa, tenuis. Caules inferius teretes, superius subangulati, herbacei, ramosi, villosi. Rami angulati, villosi, alterni, oppositi folii inter stipulas. Petioles compressi è basi stipularum surgentes, et in caulem decurrentes, stipulis aliquando breviores. Stipulae geminae, foliaceae, pedicula adnata, ovata, subaequales, marginibus villosae. Folia alterna, petiolata, ternata foliolis subaequalibus, integerrimis, sessilibus, ovalibus, acutis, villosis. Pedunculi axillares, solitarii, compressi, villosi, longi. Bractea triplex, foliacea in apice pedunculi, media longior, laterales subaequales, lanceolatae, villosae. Inflorescentia axillaris, pedunculata, solitaria, floribus luteis. Calyx perianthium monophyllum, tubulatum, semiquinquefidum, laciniis acutis, aequalibus, erectis, margine villosis, persistens. Corolla papilionacea, Vexillum subrotundum, deorsum connivens, seu flexum, ungue oblongo, concavo. Ala ovata, vexillo brevior, superne clausa, acuminata, acumen subnigrum, callosum. Stamina diadelphica, seu in duo corpora coalita, quorum unum simplex continet filamentum, alterum vero novem, ascendentia, aut inflexa, apicibus latiusculis. Antherae minima, simplices, erectae. Pistil-

lum

lum gemmen compressum, oblongum. Stilus simplex
ascendens. Stigma punctum inflexum. Pericarpium
legumen longum, lineare, strictum, quasi transver-
saliter multiloculare, bivalve, uniloculare, membra-
nis quatuor longitudinalibus marginatum angulo
quatuor fingens.

A descriptionis naturalibus hujus speciei cha-
racteribus, eruitur nota, seu differentia, qua distin-
gitur à suis congeneribus, quae igitur nota per sy-
nopticam divisionem deducta consistit in legumini-
bis solitariis, membranaceo quadrangulis, foliis gla-
bris, bracteis lanceolatis; quibus additum nomen ge-
nericum Lotus, concludemus plantam à Medenti
Meliloti nomine expetitam, esse Lotum, quem sub
nomine triviali, nempe Maritimum, Sinneri habet
in Flora Suecica 610. et Tournefortius in Institutioni-
bis rei herbariae 403 sub Loto maritima lutea sili-
quosa folio pingui glabro.

An pubescentia, quae in aliquibus hujus spe-
ciei partibus notatur, ponit speciem differre, à ratio-
nibus circa varietates expositis clarè, ac abundè elu-
cescit. Haec Loti species synonymis sequentibus inter
Botanosophos cognoscitur.

Lotus maritima lutea siliquosa folio pingui glabro

Bot. Monop. 465.

Lotus tetragonolobus maritimus flore luteo. Barch.
act. 2. p. 346.

Lotus siliquosa lutea siliquis pinnatis, strictioribus,
et longioribus. Raj-hist. 967.

Habitat in maritimis, juxta Barcinonem. Nullus
aduc notus est ejus in officinis ^(a) usus; unde nec vires pro

(a) Numquam Meliloti loco introductus fuerit à comperto
multis, qui neque experimentis Lillii viribus
judicium ullum fecerunt. Nisi quod à Classe vel
à congeneribus vires illi tribuantur?

comperito tenentur. Vulgo appellatur Corona & Rei.

Præscripsit Medeni ille suo in Recipe, Meliloti florum unciam seminem, et flores tandem Loci maritimi expetit, querit, et dispensandos præcipit, ut applicentur morbis quibus Melilotus ab illo indicatur. Nonne venit hæc antiballomena, in noxam ægotantium?

Ab eo ipso quod morbis conveniens statuit Ari, defleat Medeni Botanices expers, exitium inferens triste fortè salutis. Hinc demum Phytologia præstantia, magis excellere videtur. Sciens herbarum potestates per synonymiam vocatur Medicus (a). Iste vero, notitiâ plantæ destitutus & ejusdem viribus nunquam iuste judicabit. (b) Plantarum notitia statuitur in illarum dispositione, et denominatione systematica, generica enim, et specifica. (c) Itaque excolendo partes, faciet Medicus, nomina rebus vere suis convenire.

Aggrediamur ergo toti viribus Botanices studium, qui salutis humane consulere tenemur. Et quoniam Ari longa, vita brevis: tempus in studio nostro diligenter impendamus, ut nostro officio debite incumbentes, non damnum, non exitium, sed salutem hominibus, bonum maximum afferamus.

O salutis!

Tu maximum hominibus
bonum.

Dabam Tordena juxta
Lanum Dioec. Gerunde
die 18 Julii 1774.

(a) Gradus ad Parnassum p. 67. t. 2.

(b) Lin. mat. medic. can. 13.

(c) Idem Phyl. Bot. 27.